

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Monachus t cum fonte primo

Legumina, inquit, uentosa sunt,
caseus stomachum grauat, lac capiti
nocet, potum aque non sustinet pectus,
caules nutriunt melancoliam, coleram
porri accendunt, pisces de stagno aut de
lutosa aqua mee penitus complexioni
non congruunt. Quale est hoc ut
in omnibus fluuiis, agris, ortis,
cellariis reperiri uix possit quod
comedas? Puta te, queso, monachum
esse, non medicum, nec de complexionem
iudicandum, sed de professione. Parce,
obsecro, primum quieti tue,
parce deinde labori ministrancium, parce
grauamini domus, parce consciencie.
Consciencie dico non tue sed
alterius, scilicet qui prope te
sedens et edens

de tua singularitate murmurat,
et de tua
superstitione

scandalizatur.

Bernardus super Cantica sermone XXX.

«Legumina», inquit, «uentosa sunt,
caseus stomachum grauat, lac capiti
nocet, potum aquae non sustinet pectus,
caules nutriunt melancholiam, choleram
porri accendunt, pisces de stagno aut de
lutosa aqua meae penitus complexioni
non congruunt.» Quale hoc est, ut
in totis fluuiis, agris, hortis
cellariisve reperiri vix possit quod
comedas? Puta te, quaeso, monachum
esse, non medicum, nec de complexionem
iudicandum, sed de professione. Parce,
obsecro, primum quidem quieti tuae,
parce deinde labori ministrantium, parce
gravamini domus, parce conscientiae.
Conscientiae dico, non tuae, sed
alterius; illius uidelicet qui propter te
sedens et edens
quod sibi apponitur,
de tuo singulari ieiunio murmurat.
Scandalo quippe est ei aut tua otiosa
superstitio, aut duritia, quam forte putat,
illius qui tibi habet providere.
Scandalizatur,
inquam, in tua singularitate frater
iudicans te superstitiosum, tamquam
superflua quaeritatem, aut certe me
durum causans, qui non perquiram victui
tuo necessaria.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 30, 11-12
(SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.
Rochais eds., pp.217-18, ll.24-28, 1-9).